

parem judicaveris, quantum tibi et quam libenter debeam  
quae ad oculorum meorum imbecillitates et vitia doctè  
tu, prudenter, et cordate disseris, conabor huic corpusculo  
applicare, quantum soror mea et Reipublicae administratio  
sinerit. Quae ad calcem de solutione suffusionum adjicij  
illita hydrargyri dudum praestita, mercurio autem dulci  
deinceps tentanda, fateor magnopere a cunctis spem et  
expectationem meam, quas ut expleas quanto citius, et  
primam quaque datam occasione etiam te atque etiam  
rogo Vir summe

Locheren 6. Augusti 1646.

Devotissimus humanitati  
tuae.

Isaac Hollandi nihil in manus meas  
incidet quod non protinus transmissurus  
sum. Investigabo autem assidue  
ecquid operum Animalium et Vegetabilium  
integra volumina ullibi terrarum extant  
quod hactenus fando tantum compertum habes.  
Scribo in Castris Locheusibus. Non: Sext: C1710CXLVI.

Puteano.

Brouxellam septenariam Vir summe, cujus mentionem  
facis in literis ad XII. Kal. Aug. datis, plane hactenus  
non vidi. neque facile ignosco, quisquis ille sit mortu-  
lium, qui quid a me Puteanicum ausus est divertere  
dolo, sine negligentia. si investigari adhuc potest. quom-  
ne pereat inter indignas manus, quod ego, ut tuas oculos  
ambabus avidè amplectar. Quae in gratiam Pastoris  
H. Horckens adscripsisti. Serenissimo Principi manum  
meam sedulo significari. si forte beneficium ex parte  
daturo adimplere voluerit, quod rogavi mei verby  
et praecipue tuis. Amas me illustrissimum saeculi  
decus, et vale. In Castris ad S. Aegid: XI. Kal. Sept  
C1710CXLVI.

Addictissimus tibi.

C. H.

Barlaeo.

C. Hugeninij  
C. Barlaeo. S. P.

Nescis quam inter has ingratisimas turbas, gratae fuerint  
literae tuae, quas ante biduum e manu Filij accepi,  
suavissimi